


CANCELL:  
MARTIS B:  
. 1.7 17:.

oo Da









DISSERTATIONEM SEXTAM  
Q U Æ  
LOGICÆ PERIPATETICÆ  
V E S T I G I A,

I N  
THEOLOGORUM ORTHODOXORUM  
SCRIPTIS, QUANTUM AD DOCTRINAM

D E  
A C C I D E N T E,

P R E S S A  
E X H I B E T,  
CONSENTIENTE ORDINE PHILOSOPHICO,  
P R Æ S I D E

L. CHRISTIANO LUDOVICI, P.P.

PUBLICÆ DISQUISITIONI

DIE OCTOBR. AN. MDCC XIII.

PROPONIT

GUSTAV. CHRISTOPHORUS HOSMANNUS,  
CELLENSIS.

---

L I P S I Æ,  
LITERIS CHRISTOPHORI ZUNKELII.

VIRO  
SUMME REVERENDO ET EXCELLEN-  
TISSIMO  
**IO. ALBERTO  
FABRICIO**

S. THEOLOGIAE DOCTORI  
ATQVE IN GYMNASIO HAMBVRGENSI PROFESSORI  
PVBlico CELEBERRIMO  
PATRONO STVDIORVMQVE SVORVM  
AVCTORI ET PROMOTORI  
AETATEM SVSPICIENDO  
PRIMITIAS HASCE ACADEMICAS

PIE CONSECRAT

**GVSTAV. CHRISTOPH. HOSMANNVS.**

289



P R Æ F A T I O.



Orte hęc, ubi definitioni Porphyrianae, cuius ignorantia Flacium in Synergistica controversia lapsum esse ferunt, cum ad argumentum Strigelii: *Nullum accidens corrumpit substantiam. Peccatum Originis est accidens.* E. respondere haud posset, clausulam addimus, quaestio illa historica: an Strigelius unquam memoratum argumentum

Dissert. VI.  
Resp. Gustav.  
Christophorus  
Hosmannus,  
Cellens.

ex definitione Porphyriana casum produxerit? non inconvenienter ventilaretur. Sed cum satis diu sectioni primae immorati fuerimus, eam in sectionem secundam, quae varia, e sacris & profanis monumentis huc facientia, illustrationis gratia exhibebit, rejicimus.

§. I.

In proxime praecedente disputatione diximus, à Porphyrio in sua definitione respici ad corruptionem essentialem Logicam. Nam & *essentialis physica corruptio* est, qua res realiter solvitur, atque essentialiter destruitur, ut cum homo morte, lignum ustione dissolvitur & corrumpitur. De physica hac, male licet, multi & Logici & Theologi Porphyrianam definitionem interpretati sunt, vid. Musaeus in Introduct. in Form. Conc. p. 87. Ex Theologis huc pertinent

1. Leonhardus Hutterus in LL. Theol. Artic. IIX. De imagine Dei p. 305. vid. Progr. in has dissertationes.
2. Job. Andr. Quenst. Syst. Theol. Parte II. de Peccato Orig. p. 134.
3. Godofridus Cundisus in Notis ad Hutteri Compend. Theol. loco IIX. de P. O. p. 598.
4. Job. Ebartus in Enchirid. Theol. Positivo-Polem. loco XII. de P. O. p. 250.

§. II.

Essentiali corruptioni *accidentalis* opponitur, quae vel *Physica*, vel *Moralis*, vel *Theologica*, ista vires in naturalibus, illa in moralibus, hac in spiritualibus depravantur. Sed de his omnibus in Programme egimus.

K 2

§. III.



S. III.

Præter definitionem Porphyrianam, in præcedente dissertatione adductam explicatamque, Porphyrius binas alias definitiones refert, unam: συμπεθενης εστιν ο ενδεχεταις τω αυτω υπαρχειν, η μη υπαρχειν. *Accidens est, quod inesse vel non inesse potest.* Alteram: συμπεθενης εστιν ο ετε γενεσιν, ετε διαφορα, ετε ειδεσιν, ετε ιδιων, αει δε εστιν εν υποκειμενω. *Accidens est, quod neque est genus, neque differentia, neque species, neque proprium, semper autem est in subiecto.* Sine dubio eas ex Aristotelis Topic. lib. 1. c. 5. excerpfit, ubi utraque totidem fere verbis legitur, prior: ο ενδεχεταις υπαρχειν οτωεν ενι κη τω αυτω, κη μη υπαρχειν. *Quod cujusvis rei uni & eidem, potest inesse & non inesse.* Posterior: συμπεθενης δε εστιν ο μηδεν μεν τετων εστι, μητε ορεσιν, μητε ιδιων, μητε γενεσιν, υπαρχει δε τω πρωτω. *Accidens autem est, quod nihil horum est, id est, nec definitio, nec proprium, nec genus: inest autem rei.* Posterior Aristotelicis non adeo probatur, vid. *Isaac ab Ifendoor.* *Curso Logico* p. 71. Uti nec ipsi Philosopho usquaquoque placet, quod, ut intelligi queat, necesse sit, prius cognosci, quid sit genus, quid definitio sive species, quid proprium. Quicquid vero horum sit, definitio certe sic comparata est, ut infantia nulla labefactari queat. Quare nec Theologi eam a se negligendam putarunt, *Albertus Grænerus* *Polem. Sacr. c. 1. p. 49.* & *Joh. Ebartus* in *Enchir. Theol. Post.* *Polem. loco XXI. de Coena Domini p. 507.* vid. *Dissertat. nostram 2. §. 4.* Prior eodem philosopho teste melior est, modo observes primo, additamentum illud: *Sine subiecti corruptione*, quod a Porphyrio postea expressis verbis adjectum fuit, subaudiendum, prætereaque τὸ inesse & non inesse de affirmatione & negatione accipiendum esse; nî enim hoc fuerit, multis instantiis, ab accidentibus Prædicabilibus, quæ rei haudquam insunt, desumptis, infringi potest. Nec insolens quid est, τὸ inesse etiam de existentia attributiva, i. e. affirmatione exponi. Observat enim optime τὸ inesse in trito illo logicorum Canone: *dici de aliquo requirit inesse*, adeo late accipi, ut & inhæsitivam & attributivam essentiam, hoc est, omne id notet, quod rei quomodocunque vere tribuitur, deque ea affirmatur, sive rei insit, sive extra eam constitutum fuerit. Vid. *Dissert. nostram 3. §. 5. Nota 1. & Dissert. V.* ubi ex Theologis *Ebartus* τὸ inesse de affirmatione & attributione generatim exponens allegatur. Num *Hutterus* in *LL. CC. Theol.* p. 320. in illorum gratiam, qui Porphyrianam definitionem cum peccato originis haud consistere posse existimabant, ipsissimam hanc definitionem Aristotelis, ceu accuratiorem etiam Philippicam, substituens τὸ inesse ita acceperit, dubitari propterea posset, quod tum temporis, in expositione definitionum accidentis, de Logica adæsentia & absentia, inessentia & non inessentia partium cogitarint,



Non vero Porphyrius solum & Aristoteles alias quasdam substituerunt definitiones, sed & Porphyriani atque Aristotelici, cujusmodi est: *accidens est (prædicabile) quod prædicatur de multis numero & specie differentibus in quale, non essenziale nec necessarium, sed contingens.* vid. *Hornej.* in Compendio Dialect. p. 19. Cum qua Hornejana illa Ullmanni, quam in Synopsi Logica p. 73. superfluis omisis exhibet: *accidens est prædicabile, quod de pluribus specie aut numero differentibus prædicatur in quale contingens,* plane coincidit. Ab utraque abicit definitio *Eustachii à S. Paulo* in Summa Philosophiæ p. 49. exhibita: *accidens est universale, quod pluribus aptum est inesse, deque is prædicatur contingenter.* Cum qua omisis omittendis concordat *Hebenstreinii* definitio in Institutionibus Logicæ Sacræ p. 90. extans: *accidens est universale contingens.* Si de causa, cur Porphyriana abjecta alias definitiones cuderint nonnulli Aristotelici, quis quærat, alia certe esse haud videtur, quam quod Porphyriam non satis intellexerint; quæ cum de Logica adessentia & abessentia, nec non de Logica corruptione loqueretur, illi contra de physica eam ubique exponentes viderent, multis instantiis labefactari posse, eam aut è libellis suis Logicis penitus excludere; aut si non omnino deserendam esse statuerent, infelici successu tuebantur. Quidam, quibus accidentia inseparabilia, ut sunt nigredo corvi Æthiopisque, albedo cygni & his similia, scrupulum injiciebant, cum hæc nullo modo abesse posse animadvertent, conjicebant, tò adesse universalitati obflare, & Porphyrium in descriptione ista non tam universim explicare, quid sit accidens commune, quam explicata aliqua specie accidentis communis ostendere, in quo differat accidens à proprio, ut *Eustachius à S. Paulo* in Summa Philosoph. Quadripartitæ, P. I. p. 49. Alii, quos negatio corruptionis offendeat, observantes morbum, frigus intensum, putredinem, peccatum & hujus generis plura accidentia omnino & depravare & corrumpere & evertere subjectum, aperte profiteri non dubitabant, definitionem illam suo definito esse angustiolem; quos inter etiam est *Job. Paulus Hebenstreit* l. c. Rursus alii videntes mortem aliaque accidentia privativa ipsam essentiam rei physice destruere, privationes, ut definitioni Porphyrianae sua staret autoritas, è numero accidentium eximebant, ut *Ullmannus* in Synopsi Logica p. 38. & *Eustachius à S. Paulo* l. c. Sed quid hoc aliud est, quam Porphyriam definitionem non tueri, sed imperfectionis damnare, cum nulla sit definitio, quæ non æquale patet, quam definitum. Quod reliquum est, mirari profecto subit, esse Logicos, qui cum intelligerent loqui Porphyrium de logica adessentia & abessentia, deque logica corruptione; cum intelligerent ejus definitionem adæquatam esse atque cum suo definitio converti posse, nihilominus novam suis libel-



his inferuerunt definitionem, quod Christianum Weisum in Doctrina Logica p. 122. seq. fecisse animadvertimus. Sed satis de Accidentis definitionibus. Progrediendum est ad divisionem & cætera.

## §. V.

In eo dum sumus, ut accidens Prædicabile dividamus, divisiones, quæ hujus loci non sunt, ante omnia separari, conveniens esse ducimus. Non ergo admittimus hic (1) accidentis divisionem in *commune* & *proprium*, hoc est, in universale & singulare sive individuum. Commune est totius speciei accidens, ut federe, cubare speciei humanæ; proprium & singulare est individui accidens, vel individuum accidens, ut eruditio Pauli. Nullum enim accidens Prædicabile est singulare, pugnat enim cum conceptu accidentis generico & communi, qui postulat accidens Prædicabile universale quid esse & commune. Aliter se res habet cum accidente Prædicamentali, quod si hoc in commune & proprium dividere velis, non repugnaverimus. Nam & Theologos, quoties eam adhibent ad Prædicamentale accidens respexisse, dubium non est. Vid. *Aff. Im. Syntagm. Exercitat. Academicarum* P. I. p. 449. ubi negans ibi semper esse similitudinem, ubi imago est, hæc dixerit: *non quævis similitudo est imago proprie dicta, sed illa duntaxat, quæ vel secundum speciem, vel secundum accidens proprium, vel utrumque alterum repræsentat.* conf. Disp. nostram 2. § 2.

## §. VI.

Nec admittimus hic (2) divisionem accidentis in *commune* & *proprium*, quatenus proprium accidens notat proprium in quarto modo, vel id, quod rei per se inest; cum enim proprium in quarto modo accidenti prædicabili opponatur, ejus speciem vel partem constituere haud posse quis non videt? Quod tanto melius est notandum, quanto frequentius à Theologis accidens commune accidenti proprio in hoc sensu contradistinguitur, e.g. cum *H. Höpfn.* in *Locis Theolog.* loco XI. de imagine Dei p. 195. in Q. an homo primus habuerit à natura imaginem Dei? Respondet *duobus modis aliquid dici naturale*, (1) *quod per naturam aut nativitatem habetur*, (2) *quod per se inest nature, qui duo modo, pergit, sunt diversi.* Non enim sequitur, ut omne, quod est ingentium, inest per se, quia potest esse ACCIDENS COMMUNE &c. conf. p. 197. & cum *Balthasar Meisnerus* in *Anthropologia Sacra*, Decade I. Disp. X. de peccato in Spiritum Sanctum, Q. 3. §. 12. pag. 334. seq. asserit, peccati in Spiritum Sanctum formam non posse esse finalem impoenitentiam, quod non reciprocetur cum eo. Quare convenientius statui, finalem impoenitentiam non esse essentielle requisitum aut formam, sed duntaxat *accidens commune*, at tamen inseparabile &c.



Nec admittimus (3) accidentis divisionem in *Physicum* & *Logicum*. Cum enim Physici sive realis accidentis totum esse dicatur consistere in τὸ inhaerere subjecto, à quo realiter distinguitur, ut virtus, calor &c. Accidens Logicum vero contingenter advenire subjecto, deque eo contingenter prædicari perhibeatur, ut vestitum esse de homine, rationale de animali; quilibet videt accidens Physicum esse Prædicamentale, solum vero Logicum Prædicabile accidens consistere.

§. VIII.

Neque admittimus (4) accidentis divisionem in *Metaphysicum*, seu *Physicum*, *Logicum* & *Ethicum*. Quid Physicum sit, quid Logicum è præcedenti §. constat. Ethicum est, quod hominem ethice vel perficit vel corrumpit, ut virtus, peccatum. Nam & hæc divisio, ut & præcedens, est divisio accidentis in genere, non accidentis prædicabilis in specie. Cæterum usurpat eam *Affelmannus* in Append. p. 234. *distingv.* inquit, *inter accidens METAPHYSICUM, LOGICUM & ETHICUM.* Peccatum Originis non est accidens *Metaphysicum*, quia proprietates accidentis ei non competunt, sed *Logicum*, quia accidit & adjacet homini; & *Ethicum*, quia corrumpere potest substantiam, & naturam reddere vitiosam ac malam, vel etiam bonam; & quare quidam sint, qui hanc distinctionem sanis & scommatibus excipiunt, cum tamen nos habeamus sacram scripturam præviam, nec scommata ista curantes veritati insisteremus. Ad *Ephes.* 2. v. 3. dicimur natura filii ire. Quæritur jam ex illis, an vocabulum natura hic sumatur Physice, an Ethice? quid respondebunt, nisi vocabulum natura hic ethice sumi.

§. IX.

Accidentis, quod huc pertinet, i. e. accidentis Prædicabilis divisiones variaz sunt. (1) Accidens Prædicabile dividitur in *commune* & *proprium*. Hoc est, quod uni speciei, vel naturæ alicui specificæ convenit; ut loqui naturæ humanæ: illud est, quod pluribus speciebus commune est, ut ire, cubare &c. Utuntur hac divisione Theologi:

(1) *Henricus Höpfnerus* in *Locis Theologicis*, Loco XIX. de Persona Christi, p. 274. PROPRIETATES humane naturæ Christi specificæ sunt vel essentialia in secundo modo perse, vel consequentes & proprie in tertio modo, vel ACCIDENTALES. ACCIDENTALIA PROPRIA sunt infirmitates & defectus, non quidem omnes: sed naturales sive communes & inculpabiles, tam in anima quam in corpore. Hic enim ea accidentia propria nuncupantur, quæ humanæ naturæ solum competunt, divinæ neutiquam.

(2) *Job. Andr.*, *Quenstedt*, in *Syst. Theol.* P. II. p. 134. Obs. 13. 14. cum



cum ad Object. peccatum originis dici naturalem corruptionem, &c. E. esse substantiam. Respondetur: *distingvendum est inter naturale, quatenus ipsa principia rei essentialia, quatenus propria essentialia, ipsam essentiam consequentia, five secunda nature momenta, & quatenus notat PROPRIA ACCIDENTALIA, ut sunt, quæ essentiam circumstant, cum ea coherant, & cum ea simul producuntur, & tale est peccatum originis.*

## §. X.

Dividitur accidens Prædicabile (2) in substantiale, & accidentarium oppositum substantiæ, ut candidum, nigrum &c. substantiale potissimum duplex est, vel est substantia, quæ rei accidentaliter unitur, ut homo gladius; vel est substantia, ex qua res ceu materia accidentaliter constat, ut mens aurea, substantia corporea, corpus animatum. Substantiam esse posse accidens prædicabile, vid. Disput. nost. 2. §. 1. p. 16. & conf. *Quæst. Syst. Theol. P. III, p. 133, Obs. 3. & Ebart. Enchirid. Theol. Posit. Polem. p. 142.*

## §. XI.

Dividitur accidens Prædicabile (3) in naturale ex natura ut sic, & naturale ex propagatione & nativitate. Naturale ex natura ut sic est proprium tertii modi à potentiis naturalibus productum, v. g. risus, perceptio Grammatica. Naturale ex propagatione & nativitate est, quod cum natura nostra connascitur, ut albedo cygni, nigredo corvi, cæcitas naturalis. Stringunt vestigia Logicorum Theologi

(1) *Job. Andr. Quenstedt. Syst. Theol. P. II. Artic. de Peccato, p. 134. Obs. 14. ubi ambiguitatem vocis naturalis ita exponit: distinguendum inter naturale 1. quatenus notat ipsa principia rei essentialia. 2. quatenus notat propria essentialia, ipsam essentiam consequentia, quæ secunda nature momenta Scotus vocat. Utraque hæc tæ naturalis species bona est, & à Deo ortum habet, quia natura, in quantum natura, vitiosa non est juxta Augustinum, Enchir. cap. 13. Hoc ergo duplici respectu peccatum naturale dici nequit, nisi autorem peccati Deum statuamus & 3. quatenus notat PROPRIA ACCIDENTALIA, ut sunt, quæ essentiam circumstant, cum ea coherant, & cum ea simul producuntur, & tale est peccatum originis. Sic qui ex nativitate cæcus est, illi cæcitas naturalis esse dicitur, non tamen est ipsa cæci essentia, vel essentialia consequens, sed duntaxat accidens. conf. p. 62. thes. 37.*

(2) *Georgius Zeemannus de imagine Dei in primo homine p. 144, ubi Pererii opinionem, qui gratiam primo homini collatam quodammodo naturalem dici posse fatetur, quod ab origine naturæ affuisset homini, & simul cum natura data fuisset, approbat. conf. pag. 145. ubi etiam Gregorii de Valentia sententiam, justitiam originalem Adamo secundum communem naturam speciei*



ciei datam fuisse, ut accidens quoddam natura, sicut peccatum originis, quod iustitiæ illi privative opponitur, vocatur peccatum naturæ, approbat.

### §. XII.

Dividitur accidens Prædicabile (4) in ἐμφυτον & ἐπιτητον, illud speciei toti inest, ut visus homini; hoc individuis iis, quæ sibi id acquisiverunt, ut eruditio. Vestigia hujus distinctionis premit Caspar Finckius Disput. Catechetic. XIV. §. 91. ubi ad Pelagianorum, negantium peccatum originis propagari, Objectionem: nullum accidens potest transire de subiecto in subiectum. Ergo peccatum, quod accidens, non potest mediante generatione propagari, respondetur: *distingendum inter peccatum ἐμφυτον & ἐπιτητον: illud dicitur secundum speciem; hoc secundum individua: illud singulis individuis inest per naturam; hoc tantum iis, quæ sibi hoc acquisiverunt. Cum igitur peccatum originis accidens ἐμφυτον sit, quod secundum speciem de hominibus prædicatur, jure transit ad omnes & singulos homines carnaliter natos.*

### §. XIII.

Dividitur accidens Prædicabile (5) in *supernaturale & naturale* sive *connaturale*, supernaturale accidens est, v. g. scientia futurorum contingentium in auguribus ex opinione gentilium, in Prophetis veris è doctrina Christiana. Connaturale v. g. visus, imago Dei &c. persequitur vestigiis Logicos

(1) Hieronymus Kromayerus in Syst. Theol. P. I. Artic. VIII. de Peccato, p. 379. ubi Flacianis objicientibus: quod si peccatum tantum sit accidens, sequeretur accientia saltem esse corrupta, naturalia mansisse integra, responderet: *distingendum inter accidentia supernaturalia & connaturalia, quæ ad integritatem & perfectionem hominis pertinent: non his, sed illis amissis naturalia manserunt integra: distingendum etiam inter locutionem accuratam & popularem. Cum dicitur accidentia esse corrupta, locutio est popularis & minus accurata, rectius dicitur hominem quoad accidentia esse corruptum.*

(2) Georgius Zeemannus de Imagine Dei p. 48. seq.

### §. XIV.

Dividitur accidens Prædicabile (6) in *intrinsecum*, à quo subiectum intrinsece denominatur, cujusmodi est eruditio hominis, albedo cretæ &c. & *extrinsecum*, à quo subiectum denominatur extrinsece, ut visio respectu hominis, cultus respectu Dei &c. Tenent vestigia Logica Scholæ Theologi

(1) Henricus Höpffnerus in LL. Theol. Loco IV. de Deo, Consect. 2. p. 113. *Prædicari accidentaliter non statim infert per modum accidentis prædicari de Deo, ut primis in illis accidentibus prædicabilibus, quæ per DENOMINATIONEM EXTRINSECAM de subiecto dicuntur: siquidem denomi-*

L

natio



natio extrinseca nihil ponit in re, neque predicatur de ea per aliquam ipsius mutationem, sed per mutationem alterius extra rem constituti: ideoque neque presupponit compositionem, neque requirit potentiam in re denominata, quemadmodum aliud accidens, quod subiectum intrinsecus denominat. v. g. de DEO predicatur creatio huius universi. Ubi aliquid de Deo predicatur accidentaliter, hæc interim ipsa vis atque potentia creandi in Deo non est accidentalis, sed simpliciter essentialis. Sic Deus dicitur à Mose visus, à fidelibus amatus, à pijs adoratus. Ubi accidentia predicantur de Deo, nullo tamen interim accidente ipsi inbarente, uti disputat August. lib. 5. de Trinit. c. 10.

(2) Petrus Habercornius in Christologia, c. VII. de communicatione idiomatum, §. 102. p. 294. quando Humanitas Christi, inquit, à Patribus dicitur Θεωθεός Deificata & sic dignificata, tum quidem illud per intrinsecum formalem effectum non perficitur, ac si Deitas Humanitati inbreat subjective, formaliter & naturaliter; interim tamen non dicendum est, quod id fiat per EXTRINSECAM solum DENOMINATIONEM, quali extrinseca denominatione partes dicitur videri, & res cognosci sine ulla mutatione illius in se, verum per veram & realem communicationem. conf.

(3) Abrahamus Calovius in Syntagm. Anti-Syncretistico, ubi loco IIX. §. 7. de Christo negat, omnipotentiam tantum per extrinsecam denominationem de Christi carne predicari.

(4) Epicristis Facultatis Theologicae Witteb. de Colloquio Cassellano Rintelio - Marpurgensium, ubi Sect. II. Artic. I. ita disserit: augebat admirationem & dolorem nostrum, quod Nestorianum errorem de humana Christi natura nec ubique presente, neque etiam per DENOMINATIONEM EXTRINSECAM tantum omnipotentem, aut omnisciam, cujus primus auctor nobis incognitus non est, non modo adducere defendere, sed nobis etiam, qui eundem cum alijs orthodoxis reprobamus, Eutybiani erroris labem affricare dicantur. conf. Artic. 3. de Persona Christi, §. 7. p. 66. & 68. ubi observatur ad intrinsecam denominationem sufficere, quod humana natura in se omnipotens sit & omniscia, etsi non ex se, uti corpus vivum est non certe per extrinsecam denominationem &c. conf. §. 8. p. 70. & Antapologia Epistolæ Apologeticæ Rintelenfium c. IV. §. 4. seq. maxime §. 19. 20. p. 48.

(5) Job. Georg. Dorscheus in Theologia Zachariana cap. IIX. p. 205. ubi negat impossibile esse, aut implicare contradictionem, Deum assumere naturam damnati hominis, ipsa manente damnata, ad unitatem divini suppositi. Si Deum eam assumeret, ipse denominatione extrinseca, nihil in ipso realiter ponente, diceretur damnatus, non obstante, quod ipse sit in se realiter & essentialiter salus, & etiam causaliter &c.

(6) Job.



(6) *Job. Hülfemann*, qui in *Prælect. in Form. Concord.* p. 353. ait, peccata, quæ ab extrinseca denominatione Dei aut hominum arbitrio imposita talia appellantur, clamantia nempe & quotidiana, pertinere ad divisiones peccati accidentales.

(7) *Job. Andr. Quenst.* qui *Syst. Theol. P. I.* p. 298. ostendit, Theologos uti distinctione accidentis in intrinsecum & extrinsecum in artic. de attributis divinis. conf. p. 299. & Part. II. in artic. de imagine Dei, p. 17. Obf. 7.

Nota I. Intrinsecum accidens duplex est, aliud *intrinsecum ex se*, aliud *intrinsecum in se*. Intrinsecum ex se rei est, quod res in se habet & ex se, sic intrinseca est potentia videndi, & actus videndi: intrinsecum rei in se est, quod res habet in se, licet non ex se, v. g. habitus eruditionis respectu hominis, vita respectu corporis. Ab utroque hoc genere intrinseci nascitur denominatio intrinseca. Implent Peripateticæ Scholæ vestigia, Theologi Wittebergenfes in *Epicristi de Colloquio Castellano Rintelio Marpurgensium Sect. 2. Artic. 3. §. 6. p. 68.* ibi enim sic colligunt: *at si humana Christi natura per intrinsecam denominationem non dicitur omniscia, sed tantum per denominationem extrinsecam, hoc solum sensu, quod verbum, cui unita est, omniscium sit (humana vero natura ipsa omniscia non sit, sed ignara rerum multarum) an non hæresis Agnoetarum resuscitatur? Ad INTRINSECAM DENOMINATIONEM sufficit, quod humana natura in se omnipotens sit & omniscia, etsi non ex se, uti corpus vivum est non certe per extrinsecam denominationem; sed ob vitam sibi communicatam ab anima, per quam vivere dicitur in se, ut per DENOMINATIONEM INTRINSECAM.* Confer *Rintelensium* Epistolam Apologeticam p. 11. seq. ubi falso docetur, id tantum intrinsece denominari, cui prædicatum subjective & formaliter inest. Conf. *Antapologiam Wittebergenfium* cap. IV. §. 4. p. 34. & in primis §. 19. 20. 48.

Nota 2. Extrinsecum accidens bifariam sumitur, vel pro *accidente*, quod plane extra subjectum, cujus accidens esse dicitur, existit, eique nec inhaeret nec forinsecus adhaeret, cujusmodi est visus respectu parietis, cultus respectu Dei, cum paries videri, Deus coli dicitur, & hoc ipsum *not' ἐξ ἑξ' ἑ* accidens extrinsecum appellatur, atque ab hoc subjectum tantum extrinsece denominari perhibetur, ut sub initium hujus paragraphi dictum fuit. Vestigiis à Theologo pressis, atque sub initium hujus §. monstratis, addimus, cum (1) *Ananias Weber*, de *Conversione* hominis irrogeniti, thes. 32. §. 74. ait: *gratia conversionis vel operatio Dei gratiosa duplici respectu potest dici efficax & inefficax, 1) in se & intrinsece ac ratione intentionis divinae. 2) per*



DENOMINATIONEM EXTRINSECAM & ratione salutari-  
 ris eventus & effectus ultimi. (2) Job. Andr. Quæst. Syst. Theol. I. III.  
 in Artic. de communicatione idiomatum, p. 161. 162. num. 3. & 4. quæ ne-  
 gantur humanæ Christi naturæ communicata fuisse tantum per *denomina-  
 tionem extrinsecam*: vel *pro accidente, quod extrinsecus accidit*, & subjecto vel  
 interne inhæret, ut eruditio; vel externe adhæret aut adest, ut albedo parieti.  
 Quod vero quia, si rem accurate examines, revera sive inhæret, sive ad-  
 hæret subjecto, intrinsecum est & dici solet; hinc ab eo etiam subjectum  
 intrinsece affici ac denominari perhibetur. Inhære enim & adhære-  
 re æquipollent τὸ inesse. Quicquid ergo inest subjecto sive ad interiora  
 pertineat, sive, ut sic loquar, in cortice hæreat, id accidens intrinsecum  
 est. Dicitur autem solet extrinsecum accidens, non quia plane non inhæret,  
 sed quia vel forinsecus accessit, vel leviter inhæret, & velut in superficie. In-  
 hærent vestigiis Logicorum Theologi

(1) Balthasar Meisnerus, qui in Anthropol. Dec. I. Disp. VI. Q. 3. §.  
 7. p. 188. ad Obj. Bellarmini: cum qualitas illa sit adventitia, jam dudum  
 extincta vel imminuta esset, respondet: *negando consequentiam, quia pec-  
 catum non est EXTRINSECUM quiddam & leviculum accidens, quod  
 facile separari extinguique queat, sed altissime pervasit naturam, adeo ut non  
 nisi per totalem corporis resolutionem aboleri queat. Hinc nominatur τὸ  
 ἀκατάσχετον Rom. VII. 21. ἀκατάσχετον & Hebr. XII. 1.*

(2) Job. Affelmannus, qui in Syntagm. Exercit. Academic. P. I. p. 273.  
 seq. negat contra Lampadium, imaginem Dei in Adamo *accidens* fuisse  
*extrinsecum*. conf.

(3) Georgius Zeamannus de Imagini Dei cap. IV. ubi Artic. IV. ne-  
 gat imaginem Dei extrinsecum ac supernaturale fuisse accidens, cum fuerit  
 concreata humanæ naturæ integritas, totiusque hominis excellens cum Deo  
 Prototypo conformitas. vid. p. 107. & 109. ubi improbat Bellarmini opi-  
 nionem, justitiam non fuisse insitam & impressam ipsi naturæ, sed extrinse-  
 cus assumptam & superadditam, & p. 128. 129. *si de modo inherentiæ quæ-  
 ritur, inquit, dicimus justitiam originalem donum fuisse non EXTERNUM  
 & SUPERADDITUM, sed homini concreatum, quod postquam per pec-  
 catum amisit, naturalia ejus non manserunt integra.*

(4) Job. Musæus in Prælect. in Epit. Form. Conc. artic. 1. de peccato  
 originis p. 83. *Factum est, inquit, ut (Lutherus sudans in confutandis Scho-  
 lasticis peccatum originis extenuantibus) non raro peccatum originis negave-  
 rit esse accidens: (intellexit autem per accidens EXTERIOREM quam*

*dum*



*dam maculam, vel EXTERNUM quoddam leuicum ACCIDENS; & ex aduerso illud ipsum vocaveris naturam & omnem & substantiam; quod quo sensu intelligi oporteat, Form. Conc. jam ostendit.*

(5) *Job Gerb. in LL. Theol. Tomo II. de Imagine Dei, c. IV. atqui, inquit, nititur hæc sententia falsa hypothese, quod imago Dei fuerit in homine supernaturale quoddam donum extrinsecus additum. conf. Confess. Catholic. lib. II. Parte 1. Artic. V. c. 4. p. 1122. ubi ait, notas Ecclesie communes & accidentales esse signa & accidentia quædam externa, quæ rem exterius circumstant, eique communiter accidunt.*

(6) *Job. Andr. Quenstedt Syst. Theol. P. I. p. 170. ubi negatur vim & efficaciam convertendi, regenerandi, salvandi &c. verbo esse extrinsecam, i. e. extrinsecus demum in ipso actu accedentem. Conf. p. 184. Obs. 7. Præterea P. II. p. 62. thes. 37. negatur peccatum originis esse accidens aliquod leviter & extrinsece adhærens, cum intrinsece & intime adhæreat, unde esse, ut vocetur ἐπιπέλας, circumstans, circumcingens & tenacissime inhærens, Hebr. XII. 1. conf. p. 130.*

(7) *Wittebergenses in Epicrisi de Colloquio Castellano Rintelio-Marpurgensium, Sect. III. §. 8. p. 70.*

Nota 3. *Accidens extrinsecum quandoque idem est, quod accidens Prædicabile generativum, non minus essentialibus consecutivis, quam constitutivis oppositivum. Cum enim talismodi accidens nec intrinsece essentiam constituat, nec ex intrinsecis principiis necessario fluat, extrinsecum quiddam esse statuitur, sive de cætero intrinsecus adsit, sive leviter sive notabiliter adhæreat, perinde est. Insistunt vestigiis Logicorum*

1. *Petrus Haberkornius in Dissensu Fundament. Demonstr. XV. p. 156. vid. Disput. nostr. IV. §. 8.*

2. *Job. Affelmannus, qui in Synt. Dissertat. Acad. Disp. XI. p. 357. negat in loco esse substantiale esse corpori, cum omnium confessione, quibus modo sanum sinciput, sit tantum ACCIDENS quoddam EXTERNUM, quod etiam salva manente essentia corporis ab ipso abesse possit.*

3. *Confessio Ecclesie in Disson. Comitum Mansfeldiorum Juniorum aduersus præcipuas hæreses, errores & sectas &c. p. 93. ubi negatur aduersus Svecosælium, conciones Christi esse ipsam essentiam Dei, cum sint tantum externum quid &c.*

#### §. XV.

*Dividitur accidens Prædicabile (7) in perfectivum & corruptivum, illud substantiam vel essentiam perficit, ut eruditio, Sapientia, hoc corrumpit, ut frigus, morbus. Premunt Logicorum Vestigia Theologi 1. Job.*



*Adamus Scherzerus* in Syll. Theol. Loco II. p. 41. Nullum compositionis realis genus de Deo verificari potest. Non logica ex genere & differentia: non physica vel ex materia & forma, quia Deus est spiritus; vel ex subjecto & accidente, quia iterum est mera essentia, non ex ACCIDENTE PERFECTIVO, quia summe perfecto nihil perfectionis accidere potest: nec CORRUP TIVO, quia corruptio est imperfectio &c.

2. *Job. Asselmannus* in Append. p. 234. ut se habet imago in positione, ita se habet peccatum in privatione: sed imago in positione ita se habet, ut licet sit ACCIDENS, tamen PERFICIAT hominem: ita & peccatum CORRUMPIT hominem.

## § XVI.

Dividitur accidens Prædicabile (8) in separabile & inseparabile, separatione physica; logicè enim omne accidens separari i. e. abstrahi mente potest salvo conceptu essentiali. Separabile est eruditio; inseparabile albedo cygni &c. in inseparabilibus communiter numeratur etiam id, quod difficulter separari potest, ut cicatrix. Non enim propria solum inseparabilia sunt, ut calor ab igne, risibilitas ab homine, bona opera à fide, vid. *Job. Weinmannus* in Quæst. an bona opera sint necessaria ad salutem? thesi 9. sed & accidentia quædam. Premunt Logicorum vestigia Theologi

1. *Job. Conradus Dannbauerus* in Stylo Vindice æternæ Sp. S. à Patre Filioque processionis, p. 107. ubi manifestatio accidens separabile exeuntis esse perhibetur: cum possit quis exire, ut nobis non appareat.

2. *Job. Höpfnerus* in LL. Theol. Loco XI. de imagine Dei, p. 195. 197. Non enim sequitur, ut omne, quod est congenitum, insit per se, quia potest esse ACCIDENS commune. tum SEPARABILE, ut sanitas in homine; tum inseparabile, ut nigredo in corvo.

3. *Job. Bened. Carpz. Isag.* in libr. Symbol. p. 165. ubi reatus dicitur esse hominis peccato originis infecti accidens separabile, & p. 1164. seq. corruptio hominis post lapsum accidens inseparabile esse perhibetur.

4. *Balthasar Meisnerus* in Anthropol. Dec. I. Disp. X. Q. 3. §. 12. qui impoenitentiam finalem accidens commune sed inseparabile peccati in Sp. S. esse docet.

5. *Job. Hülfem.* in Prælectionibus in Form. Conc. artic. XII. de Sanctificatione, Sect. 3. de forma Sanctificationis sive bonorum operum interiorum & exteriorum, p. 581. ubi ait in dictis Ebr. II. 6. &c. modum necessitatis, quo fides dicitur ad bona opera esse necessaria, non describi per modum accidentis inseparabilis à suo subjecto, sed per modum causæ inseparabilis à suo effectu. conf. p. 582.

6. *Job.*



6. *Job. Boisfaccus*, qui in *Anti-Crell* 6 lib. II. p. 460. negat carnem Christi esse adiunctum inseparabile. vid. *Disput. IV. §. 9. conf.*

7. *Job. Meisnerus* in *Examine Catechismi Palatini Disput. 24. p. 409.* item *Disput. 20. p. 320.* ubi ait, omne accidens, saltim divina virtute, esse inseparabile salva manente subjecti essentia.

## § XVII.

Dividitur accidens Prædicabile (9) in *temporale sive transiens, & fixum sive permanens*: temporale, ut rubedo è pudore; fixum, ut rubedo naturalis. Ex Theologia ita distinguit *Quenstedt Syst. Theol. P. II. p. 62. §. 9. p. 134. Obs. 12. &c.*

## § XVIII.

Dividitur accidens Prædicabile (10) in *positivum & privativum*. Positivum est rubedo, eruditio. Privativum cæcitas, ignorantia. Positivum vero non in rigore Metaphysico, sed in latitudine, analogice & moraliter sumitur. Posses & tertiam speciem addere, quod positivum & privativum simul est. Premunt Logicorum vestigia Theologi

1. *Job. Adam. Schorzerus*, qui in *Syst. Theol. Loco VII. de Peccato*, p. 144. ait, peccatum illud primum & in nos derivatum non in nudo privativo, sed etiam positivo consistere. *Ubi tamen, pergit, positivum non in rigore Metaphysico (hic enim omne positivum ens vel entitativum est) sed in latitudine Theologica denominative, etymologice, analogice & moraliter sumimus, ut sensus sit: peccatum illud non solum in imaginis Dei nuda absentia, sed etiam simul in succedentis mali presentia consistere. Positivum, inquam, quia simul succedens malum ponit. Positivum non Metaphysicum sed morale: Non enim solum dilectio Dei abest, sed etiam odium erga eundem abest.*

2. *Job. Hülfemannus* in *Prælectionibus ad Breviarium*, cap. V. thes. 4. p. 1162. Termini accidentis positivi & privativi neque à modernis, neque etiam ab antiquioribus Scholasticis expositi sunt. Nec passa est pars una se cogi per alteram, ut terminos hos sumeret sensu partis adversæ &c. vid. omnino.

## § XIX.

A divisionibus accidentis Prædicabilis ad prædicationes paronymicas seu accidentales, tanquam ad effectum accidentis, forte haud male progredieremur. Quotiescunque enim prædicatum accidens Prædicabile est, producitur prædicatio sive enunciatio paronymica & accidentalis. Enim vero cum in doctrina de Ante-Prædicamentis convenientius de prædicatione paronymica agitur, hic eas studio negligimus.

## § XX.

Axiomata de accidente quod attinet, & non penitus negligenda hic sunt.



sunt. (1) *Accidentia posteriora sunt ipsa essentia.* Ex quo negatur contra Vorstium & Socinianos, accidentia in Deum cadere, quia prius & posterius locum in Deo non habet ordine naturæ, vid. Quenst. Syst. Theol. Part. I. p. 289.

(2) *Accidentia non dividunt genus in suas species, vel eorum in suas partes integrantes, sed subiectum pro ratione accidentium,* hominem in doctum & rudem, p. rictem in album & flavum, verbum Dei in prædicatum & scriptum Quenst. Syst. Theol. Part. I. p. 54. Not. 2. in internum & externum, ibid. p. 186. Obs. 22.

(3) *Quicquid in uno est accidens, in alio non potest esse substantia (essentia) sc. in prædicatione univoca.* vid. Leonb. Huttenus in Locis Commun. Theol. p. 96. ubi observat posse attributa divina in Deo esse substantiam, licet in Angelis & hominibus sint accidentia; cum attributa de Deo, Angelis & hominibus non prædicentur univocæ.

## §. XXI.

Nihil super est, quam ut è dictis quædam criteria & notæ colligantur, ex quibus liqueat, de accidente Prædicabili sive apud Logicos sive apud Theologos verba fieri. Nimirum de accidente Prædicabili tum fermo est,

(1) *Cum* Accidens & æquipollentia ejus vocabula opponuntur voci *essentia* cum conjugatis ejus, & *εἰς* cum conjugatis ejus. Quod per omnes articulos fere fidei fieri solet.

a) Sic de Theologia in genere cum agitur, vox Theologiæ dicitur sumi vel *εἰς* & essentialiter, vel *εἰς* accidentaliter, relate &c. quatenus est doctrina ac disciplina, quæ docetur & discitur, aut libris continetur. Quenst. Syst. Theol. P. I. p. 11. cum negatur doctrinam posse esse genus Theologiæ, quia genus de *essentia* rei fit, doctrina vero Theologiæ *accidat*, ib. p. 16. num. 10. conf. Calov. in Hæg. ad Theol. p. 19. ubi consideratio theologiæ alia dicitur esse *essentialis*, alia *accidentalis*: & Henr. Höpferus in LL. Theol. p. 6. ubi theologiæ naturalis finis dicitur esse vel *essentialis* vel *accidentarius*.

b) In *Artic. de principio Theologia ET SCRIPTURA SACRA*, cum actus scribendi & prædicandi accedere verbo dicitur, esseque extrinsecum ejus *πρόσθετος*, seu accessorius modus proponendi & communicandi, qui ipsam essentiam verbi divini non mutet, ib. p. 54. not. 2. cum negatur verbum Dei consistere *essentialiter* in actu meditationis, lectionis aut prædicationis, quia hæc tantum *accidant* verbo. ib. p. 186. Obs. 23. cum negatur efficacia verbi divini esse adventitia, & in usu demum Spiritu animari, cum sit naturalis & ad ipsam *essentiam* ejus pertineat, p. 170. Obs. 5. 6. 7. cum distinctio verbi in internum & externum dicitur mere *accidentalis*, non formalis



malis, neque *essentialibus*, cum specie & forma idem omnino sit utrumque, ib. p. 186. Obs. 22. conf. *Ebartus* Ench. Theol. p. 45. ubi Scriptura S. cum Mo-  
se dicitur cœpisse *formaliter & accidentaliter*, non materialiter & *essentialiter*.

e) *In articulo de Deo & attributis divinis*, cum neganti *Crellio*, compositionem ex subjecto & accidente esse veram compositionem, respondetur distin-  
guendum inter compositionem *essentialem & accidentalem*, ib. p. 299. num.  
15. cum negatur de Deo aliqua in tempore prædicari vel per *essentiam* vel  
per *inherentiam*, ib. Obs. 18. conf. *Ebartus* in Ench. Theol. p. 60. ubi rō  
sustinere accidentia non dicitur esse de *essentia* substantiæ, sed ipsi *accidere*.

d) *In articulo de SS. Trinitate*, cum Filius Dei dicitur esse *quodæm*  
Patri, i. e. eandem numero *essentiam* habere, & negatur esse *quodæm* i. e.  
similis Patri in *accidentalibus*. ibid. p. 367. n. 4. & cum docetur *quodæm* in  
sensu orthodoxo prædicatum *essentiale*, in heterodoxo prædicatum *acciden-  
tiale* esse. conf. *Ebartus* in Ench. Theol. ubi processio de Spiritu, S. non *essen-  
tialiter*, neque *accidentaliter*, sed personaliter prædicari dicitur, & *Mentzer*.  
T. II. Oper. Lat. p. 178. ubi negatur, personam absolute esse vel *essentiam*  
vel *accidens*, & personale esse vel *essentiale* vel *accidentale*. conf. *H. Höpfer*.  
LL. Theol. p. 21. seq. & *Gerh.* in *Bellarmino* Orthodoxias teste, *Disp. IV. §. 21.*

e) *In artic. de Angelis*, cum quidam Angeli mali dicuntur esse non ra-  
tione *essentia*, sed ratione *actus* mali &c. ib. p. 450. cum Angeli consideran-  
tur vel *ut* *corpora* seu secundum *essentiam*, & *ut* *divinos* seu dispensatio-  
nem; hic corpora habent, sed assumpta. ib. p. 464. cum distinguitur inter dif-  
ferentiam Angelorum specificam seu *essentialem*, & differentiam *acciden-  
talem*, qua alii Angeli boni alii mali sunt. ib. p. 472. Obs. 3. 4. cum distingui-  
tur inter beatitudinem Angelorum *essentialem* in clara visione Dei consisten-  
tem, & *accidentalem* in revelatione novorum mysteriorum consistentem. ib.  
p. 474. Obs. 3.

f) *In art. de fine Theologiæ formalis, fruitione Dei*, cum distinguitur inter bea-  
titudinem *essentialem & accidentalem*; ac illam omnibus eandem, hanc gradi-  
bus diversam esse docetur. ib. p. 566. Obs. I. cum per denarium æqualiter dan-  
dum *Matth. XX.* non præcise *essentiale & accidentale* vitæ æternæ præmium  
denotari perhibetur, sed in genere præmium laborantibus in vinea dan-  
dum. ib. p. 569. Obs. 5. cum formalis beatitudo tum *essentiale* præmium,  
tum *accessorium* complecti perhibetur. ib. Obs. 7. conf. *Cundisius* in *Hutteri*  
*Compend.* p. 1383. 1389.

g) *In artic. de morte æterna*, ubi docetur pœnam infernalem vel *essentia-  
lem* esse, sive privationem beatificæ visionis, & illationem cruciatus ignis  
gehennæ; vel *accidentalem*, in graviore supplicio positam, hancque diabo-  
los die extremæ subituros esse. ib. p. 578.



h) *In artic. de statu integritatis & primo homine*, cum homo considerari posse dicitur vel ratione *essentiae* prout creatura est, vel ratione *status*, prout vel integer vel corruptus est. Part. II, p. 1. Not. 1. cum imago prout convenientiam unius ad aliud infert, fertur notare convenientiam vel *essentialitatem*, ut in Filio Dei, qui imago Patris est, vel *accidentalem*, ib. p. 2. thes. 5. cum imago Dei improprie supposita notare dicitur vel ipsam *essentiam* animæ rationalis, vel *generalem* quandam congruentiam, vel dominium in animantia, quod *accidentaliter* tantum imaginem Dei respicit. ib. p. 17. Obs. 3. p. 24. Obs. 1. conf. *Calov. in Comment. Apod. Elench. in Aug. Confess. cap. V.*

i) *In artic. de peccato*, cum in Quæst. an lex divina sit adadequata norma peccati? Distinguitur inter id, quod pugnat cum lege divina *essentialiter* & per se, & quod pugnat per aliud seu *accidentaliter*. conf. *Meissn. Anthropol. Disp. VI. p. 163.* ubi homo dicitur malus non *essentialiter*, sed *accidentaliter*. ib. p. 90. cum distinguitur in Q. an Deus sit autor peccati? inter medium per se & *essentialiter* ordinatum, & medium per *accidens* ducens ad finem: illo modo lapsus Adami non est medium redemptionis. ib. p. 100. Obs. 4. cum homo considerari fertur vel ratione proprietatum *essentialium*, vel ratione *status* certi, p. 130. Obs. 4. cum homo physicus à theologicò negatur differre *essentia*, cum qualitatibus tantum & *accidentibus* differat, ib. p. 132. cum ad Obj. ex Deut. I. 39. Jon. IV. 11. respondetur scientiam peccati *essentiam* peccati nec ponere, nec ignorantiam tollere, ib. p. 154. Obs. 3. cum perseverantia usque ad mortem in agnitæ veritatis malitiosa abnegatione negatur esse *essentialis* peccato in Sp, S. cum sit *accidens* commune inseparabile. ib. p. 161. Obs. 2.

k) *In artic. de libero arbitrio*, ubi distinguitur inter *electum* seu *essentiam* libertatis, ad quam pertinet libertas à coactione per peccatum non amissa; & inter *évangelizatum* seu *accidentariam* ejusdem perfectionem, ad quam pertinet libertas à necessitate immutabilitatis &c. ib. p. 185. Obs. 1. conf. *Græverus Rediv. p. 210.*

l) *In artic. de Persona & Naturis in Christo*, ubi distinguitur inter proprietates naturæ *essentiales*, quæ ad *essentiam* humanam requiruntur, & *accidentales*, Parte III. p. 124. ubi inter localitatem & localitatis actum, qui non omnibus corporibus est necessarius & *essentialis*, distinguitur. ib. p. 132. Obs. 16. ubi prædicationes Personales, Deus est homo, homo est Deus &c. negantur esse *accidentales*, quod scholastici ideo statuunt, quia humana natura extra *essentiam* est. ib. p. 147. ubi communicatio idiomatum negatur esse vel *essentialis* vel *accidentalis*, ib. p. 159. Obs. 6. ubi negatur, æternitatem ad *essentiam* poenæ infernalis pertinere, cum ei sit *accidentalis*, p. 307. ubi distin-



distinguitur inter poenarum infernalium *essentiam* ac quidditatem, & inter earundem *adjectum* & circumstantiam, ib. p. 412. Obs. 5.

m) *In artic. de lege*, ubi lex naturæ post lapsum negatur differre à lege naturæ ante lapsum *æque*, cum differat tantum imperfectione. Part. IV. p. 4. ubi distinguitur inter perfectionem legis *essentialem*, integralem & *accidentialem*, ib. p. 40. Obs. 7.

n) *In artic. de Sacramentis* in genere, ubi mens & intentio ministri non dicitur pertinere ad *essentiam* Sacramenti, sed tantum *accidens* esse, ib. p. 78. Obs. 4. 5. p. 79. conf. *Cromayor*. Syft. Theol. p. 627. ubi fides ad *essentiam* Sacramenti pertinere negatur, & *Forst.* Thef. Catechetico, Probl. 6. §. 68.

o) *In artic. de Baptismo*, cum asseritur discrimen inter Baptismum Johannis & Christi non esse *essentiale* sed *accidentale*. ib. p. 127. Obs. 1. cum actus Baptismi dividuntur in *essentiales* & *accidentales*, ib. p. 133.

p) *In artic. de Sacra Cœna*, ubi infirma fides à firma non ratione *essentia*, sed tantum ratione gradus differre dicitur, ib. p. 183. thef. 17. cum *ἐπίστασις* in Sacra Cœna dicitur esse *accidentalis* & ad *ὄψωτον* non pertinere, ib. p. 185. Obs. 2. cum essentialia cœnæ verba non admittere dicuntur tropum, ib. p. 187. Obs. 7. cum *ἐπίστασις* *accidentale* cœnæ, non *essentiale* esse dicitur, ib. p. 212. Obs. 4. conf. *Cundis* in Compend. Hutteri p. 1099. ubi *ἐπίστασις* negatur esse actus *essentiales*, cum sit tantum *preparatorius* & ministerialis.

q) *In artic. de justificatione*, ubi scientia τῆ δόξης ad fidei *essentiam* pertinere abnuitur, ib. p. 285.

r) *In artic. de bonis operibus*, ubi causæ specificare *essentialiter*, non qualificare *accidentaliter* opera dicuntur, ib. p. 314. ubi ad Obj. ex 2. Cor. IV. 17. respondetur, vocabulum pondus non notare *essentiam* rei, sed *accidens* & attributum. ib. p. 337. conf. *Cromay.* Syft. Theol. p. 547.

s) *In artic. de matrimonio*, ubi impedimenta quædam non adversari *essentiæ* matrimonii, sed solennitati aut ornamento alicui *accidentario* dicuntur. ib. p. 453. ubi consensus parentum dicitur esse *essentiale* quid conjugii, quo deficiente conjugium non sit legitimum, ib. p. 456. conf. *Alberti* Parte 2. Syft. Theol. *Cromayer*. p. 447.

t) *In artic. de Ecclesia*, ubi notæ veræ Ecclesiæ dividuntur in infallibiles, perpetuas & *essentiales*, & in verisimiles, communes & *accidentales*, ib. p. 503. ubi visibilitas non *essentiale* sed *accidentale* esse dicitur ad rationem capitis, *essentiale* capitis est corpus regere, per visibile vero caput id fieri, *accidens* est, ib. p. 516. conf. *Gisenius* in Papismo Disput. XI. thef. 24. & *Joh. Gerhard.* in Confess. Cathol. lib. II. artic. 5. p. 1122. & *Ebartus* qui p. 466. Ench. Theol. distingvit inter unitatem *essentialem* & *accidentalem*. *Brochmandus* in Solida Refutatione causarum *Wilhelmi Marchionis Brandenb.* p. 153.



u) *In artic. de Antichristo*, ubi notæ ejus in primarias, *essentiales* & internas, ac in secundarias & *accidentales* dividuntur. ib. p. 526.

x) *In artic. de consummatione seculi* & rebus novissimis, ubi negatur, factam mutationem mundi propter peccatum hominis esse *essentialem*, quippe quæ tantum *accidentalis* sit, non tam absolute & in se, quam quoad nos. Joh. Christophorus Otto de gemitu creaturæ intelligentis, §. 8. conf. *Cromayer*. Syll. Theol. P. 1. p. 940. & *Alberti* Part. 2. p. 456.

y) *In artic. de inferno*, ubi desperatio non dicitur pertinere ad esse dolorum infernalium, sed esse *accidens* desperantis. *Dorsch*. Theol. Zachar. cap. 9. p. 217.

## §. XXII.

De accidente Prædicabili sermo est (2) *cum opponitur vocibus substantia, substantiali*, *συστασις* æquipollentibus voci essentiæ cum conjugatis ejus.

1. *In Doctrina de Theologia in Genere*, ubi religio V. & N. T. dicitur eadem fuisse quoad *substantiam*, licet differat quoad *circumstantias*. *Quensl.* Syll. Theol. P. 4. p. 23. conf. *Leonb. Hutter*. in *Irenico* vere Christiano cap. XIII, ubi error aliquis dicitur impingere in fundamentum fidei, quando non in *circumstantiam* aliquam, sed ipsam *substantiam* impingit.

2. *In artic. de Scriptura Sacra*, ubi distinguitur inter Scripturæ *substantiam* & hujus *accidens*, illa Ecclesiæ antiquitate non cedit. ib. p. 93, ubi alia ad religionis *substantiam*, alia ad *adiaphora* & ceremonias pertinere dicuntur; & huc celebratio Paschatis pertinet. p. 109. seq.

3) *In artic. de Deo Uno & Trino*, ubi *Calovius* in *Dialysi* Responsionum Calixti ad Theses suas Syncretisticas, p. 13. ait, Trinitatem ut talem, & Messie divinitatem non ad *circumstantias* objecti colendi, sed ad *substantiam* pertinere.

4. *In artic. de Angelis*, qui mali dicuntur, non quod essentia *substanti- aliter*, sed *accidentaliter* depravata sit, ib. p. 437.

5. *In artic. de imagine Dei in primo homine*, ubi imago Dei non ipsa natura recta, seu principium aliquod *συστασις*, sed naturæ rectitudo fuisse fertur, *accidentaliter* homini inherens. Part. II. p. 17. conf. *Michael Waltherus* in *Dissert. de immortalitate animæ rationalis* p. 32. ubi distingvit inter ipsam animæ *substantiam* ac facultatem sentiendi, & inter ejus actum, ceu *accidens*.

6. *In artic. de peccato in genere & peccato originis in specie*, ubi notatur, cum cor lapideum conferri dicitur, non ipsam *substantiam* tolli, sed *accidentium* fieri mutationem. ib. p. 134. conf. *Fridem. Bechman*. in *Annotat. in Hutt. Compend.* p. 239. ubi asserit, naturam humanam Christi & nostram non differre *substantialiter* sed *accidentaliter*. *Ebartus* in *Ench. Theol.* p. 381.



7. In artic. de regeneratione, ubi regeneratio passiva negatur esse substantialis, accidentalem esse affirmatur, Part. III. p. 477.

8) In artic. de Sacramentis in genere, ubi distinguitur inter essentiam sive substantiam, & inter circumstantias & accidentia Sacramenti, vid. Hurterus in Comp. Theol. edit. Cundis p. 1032. & Petrus Piscator Theologus Jemenfis de Baptismo p. 56. Calov. in Docimasia Spiritus Syncretistici contra Hornbeckium p. 72. conf. Job. Nicolaus Mislerus in Opere Novo Casuum Conscientiæ cap. 14. p. 225.

9. In artic. de Baptismo, cum aqua dicitur esse pars substantialis Baptismi, vid. Job. Ad. Scherzerus in Colleg. Anti-Calvin. p. 435. seq. Georg. Dedekennus in Thesauro Consiliorum p. 398. ubi Queritur: ob diejenige Tauffe / in welcher ein Priester aus Truncktheit die verba substantialia corrumpiret / vor eine rechte vollkommene Tauffe zu achten sey? Job. Höfer de Sacramento Baptismi thes. 8. & Job. Nic. Mislerus in Opere Novo Casuum Conscientiæ, p. 329. 330. 331. 332. 333. 343. 344. 350.

10. In artic. de Cena Domini, cum fractio panis non dicitur pertinere ad substantiam Sacramenti. Vid. passim Dissertationes antecedentes, & Mentz. Oper. Theol. T. 1. p. 732. Martinus Chemnitius in Fundamenti Sacrae Coenæ cap. II. p. 5.

11. In artic. de Conjugio, ubi passim inter substantialia & accidentalialia conjugii distinguitur. Vid. Dissertationes præcedentes, & conf. Menzgerus Oper. Theol. Tomo I. p. 1113. Cromayer. Syst. Theol. P. I. p. 912. Mislervs I. c. p. 369. 371. 375.

12. In artic. de Magistratu, ubi distinguitur inter circumstantialia & substantialia Majestatis seu Magistratus summi.

§. XXIII.

De accidente Prædicabili sermo est (3) cum opponitur rei, re ali, ipsi rei, ipsi &c. ut cum distinguitur inter conjugium ipsum, & quod conjugio adhaeret; inter Ecclesiam Romanam ipsam, & errores illi adherentes; inter rem passionis ejusque modum, inter ipsam ablationem & modum ejus, inter rem cognitionis & cognitionis modum, ipsam vitam æternam & diversos gradus. Vid. Ebartus in Enchirid. Theol. p. 210. Cromayer. Syst. Theol. p. 832. Affelmannus in Appendice p. 321. Calov. in Comment. Apo. licæ Elencht. in August. Confess. p. 206. Carpz. Hsag. p. 117. Wilhelmus Lyserus in Disputationibus Catechetico - Postillaribus. Quæst. Syst. Theol. Part III. p. 414. P. IV. p. 63. 128. Parte IV. p. 134. 153. 156. 330. 426. 435.

§. XXIV.

De accidente Prædicabili sermo est (4) cum opponitur τῷ per se, & ex se, & in se tali, τῷ nativo, natura tali, in isto, quippe quæ τῷ essentiali seu constitutu-



stitutivo seu consequutivo ut plurimum æquipollent. vid. *Ebartus* Enchir. Theol. p. 5. philosophia a dicitur Scripturæ Sacræ non *per se* sed *per accidens*, p. 26. Scriptura est obscura non *per se* sed *per accidens*, p. 156. herbae quædam sunt venenatæ non *per se* sed *per accidens*, 217. voluntas qua voluntas non est causa mali *per se*, sed *per accidens*. aliud medium φύσει & natura, aliud ἕσει & *per accidens* est. p. 224. peccatum in conjugio non *per se*, sed *per accidens* propagatur, p. 245. natura hominis non pugnat cum lege Dei ἀνωθεν & κατ' ἄνω, sed κατ' ἄλλο & *per accidens*, p. 355. prædicatio Evangelii actu universalis non est non *per se*, sed *per accidens*. p. 381. bona opera Gentilium peccata dicuntur non *per se* sed *per accidens*. p. 421. novis honoribus insignitus superbit non *per se* sed *per accidens*, p. 591. peccatum mercaturæ non *per se* sed *per accidens* adhæret, p. 594. divitiarum spinis comparantur non *per se* sed *per accidens*. p. 595, usus conjugii est immundus non *per se* sed *per accidens*. Videatur *Grauerus*, p. 44. 45. 46. 47. Scriptura non *per accidens* sed *per se* est perspicua, p. 91. peccatum non est *per se* atque à Deo, sed *per accidens* & à diabolo, p. 220. peccatum non *per se* sed *per accidens* per habitualia animi vitia describitur: malum seu peccatum est aliquid positivum non *per se*, sed *per accidens*. p. 227. 248. 250. infantes impuri ex conjugio nascuntur non *per se*, sed *per accidens*. p. 310. Deus est æternus *per se* essentialiter, non *per accidens*, p. 458. proprietates divinæ naturæ, divinæ naturæ competunt *per se* & essentialiter, humanæ *per accidens*. *Kromayerus* Syst. Theol. Parte II. p. 552. *Affelmann*, Appendix p. 109. 128. 133. 141. 273. *Bechmannus* in *Hutteri* Compend. p. 33. *Hutterus* ipse in Compendio p. m. 1278. *Calov*, in Commentario Apodict. Elencht, in August. Confess. p. 206. *Tarnovius* de Sacro Sancta Trinitate, p. 836. seq. *H. Höpfn.* in LL, Theol. p. 233. & p. 330. 351. 354. 367. *Matthias* Syst. Theol. p. 332. *Carpz.* Ilag. p. 503. *Gesneri* Polemica Sacra p. 67. *Gerb.* Confess. Cathol. lib. II. artic. 1. c. 3. p. 211. *Zeamannus* de Imagine Dei cap. IX. *Gerlach.* Disp. II. §. 6. 11. 18. 19. *Meisn.* Anthropol. Disp. 6. p. 173. Disp. 8. p. 239. *Calov.* in Syst. Locorum Theolog. T. II. p. 35. *Quenst.* Syst. Theol. P. I. p. 118. 123. 126. 170. 171. 176. 177. 184; 221. 224. 243. 251. 252. P. II. p. 17. 42. 64. 70. 90. 95. 100. 128. *Job. Joach. Zenigravius* de Religionis Christianæ Catechesi, Exercit. I. §. 21. *Job. Meisnerus* in Exam. Catechismi Palatini, Disp. II, thes. 9. p. 23. *Job. Museus* in Prælect. in Epit. Form. Conc. p. 223. *Scherz.* in Colleg. Anti-Calvin. p. 425. in Anti-Bellarmin. p. 178.

Nota. De varia acceptione vocis *natura* & *naturalis*. vid. *Ebartus* Enchir. Theol. p. 184. 251. *Grauerus* Rediv. p. 211. *Censura* Theologorum Orthodoxorum de Erroribus Latermanni p. 25. *Affelm.* Syntagm. Syst. p. 469. Appendix. p. 133. *Höpfn.* LL, Theol. p. 194. 199. 223. *Meisn.* Anthropol. Dec. I, Disp.



I. Disp. 2. p. 44. *Casp. Finkius* Disputationibus Catecheticis Disp. 14. §. 52. *Scherz*. Syft. Theol. p. 116. *Christianus Chemnitzius* de arbore vitæ Disp. 2. §. 19. *Quenst.* P. II. p. 134. *Egidius Strauchius* in Consensu Repetito Vindicato. p. 123. 124.

Nota. De quatuor modis prædicandi per se vid. *Aristoteles*, *Schenkius*, Et conf. *Hem. Höpfn.* Loco I. p. 22. 23. 24. *Job. Musæus* in Cherburian. §. 56. p. 101.

## §. XXV.

De accidente Prædicabili ut plurimum sermo est (5) cum opponitur formali rationi, actui formali, formæ rei, rationi essentiali, rationi intrinsecæ, τὸ ἐστὶν formali, atque ad eam non pertinere, sed & supervenire potius dicitur. Cum (a) *Hülsmann.* in Prælect. in Form. Conc. artic. 8. p. 439. distinctionem verbi in internum & externum mere accidentalem, non formalem & essentialem esse asserit. Cum (b) *Melchior Nicolaus* in Opere-Prelio ad Manu-Pretium Jesuitico-Forerianum p. 9. & 10. negat rationem symboli qua symboli essentialem & intrinsecam in eo non consistere, quod communi consensu receptum sit, negat hoc ei per accidens tantum competere. Cum (c) *Samuel Langius* de Articulis Fidei thes. 5. §. 3. 4. ait articulos fidei in esse suo formali constitui per hoc, quod ad fundamentum Christum necessario pertineant. Cum (d) *Quenstedt* Syft. Theol. P. I. 162. docet visibilitatem ad formalem rationem iudicis nihil facere, sed esse accidens subiecti iudicantis. Cum P. IV. p. 75. 76. actus formales Sacramenti esse dicit, sine quibus substantia Sacramenti integra esse nequit. conf. p. 267. & 279. Cum (e) *Nic. Humnius* in Literis ad Myslentam ait, virtutem salvificam verbo semper inesse per se & formaliter. Cum (f) *Hülsemannus* in Vindiciis Scripturæ p. 92. scribit, quasdam differentias legis & Evangelii à Bellarmino adductas accidentales esse non formales & essentialis.

§. XXVI. De accidente Prædicabili ut plurimum sermo est (6) cum ceu extrinsecum quid, παραστρωµὸν, superveniens & adventitium opponitur τῷ intrinsecò. Vid. *Witebergensium fidelis admonitio* de Religione Papistica fugienda ad Evangelicos in Bohemia pressos p. 67. *Haberkornius* in Antivaleriano Disp. V. de Scriptura unica norma p. 232. *Gerb.* Conf. Cathol. lib. II. art. V. p. 1122. *Mentzerus* T. II. Operum p. 186. *Hülsem.* in Prælect. in F. C. artic. X. Sect. 5. p. 514. *Scherz.* in Syft. Theol. p. 112. *Job. Meissn.* in Examine Catechismi Palatini Disp. 32. p. 662. *Consensus Repetitus Fidei Vera Lutheranæ* p. 73. *Dorscheus* de S. Coena Diss. 2. §. 2. *Scherz.* in Syft. Theol. Proleg. §. 15. & p. 32. 33. 166. *Cunadus* de Pœnitentia Ninevitarum c. II. §. 3. *Matth. Tabberius* in Tentatore Satana §. 45. *Quenst.* Syft. Theol. P. I. p. 171. 176. 177. 179. 184. P. II. p. 73. P. III. p. 411. *Daniel Henricus* Dissert. 3. de Christiano, aphorismo 3. §. 2. *Augusti Varenii* de Incarnatione verbi c. II. §. 7. *Habichorst.* de Scripturæ Auctoritate §. 1.

Nota.



Nota. Dixi *ut plurimum*. Nam quandoque τὸ extrinsecum intrinseco oppositum notat accidens prædicamentale, ut cum dilectio Christi dicitur esse extrinsecum Fidei. vid. *Job. Musæus* de Conversione hominis peccatoris coram Deo. Conf. id. de Conjugio §. 20. Intrinsicum quoque non semper essentiam notat, vid. *Job. Gerb.* in Locis Theol. T. II, p. 282. p. 308. 316.

§. XXVII. De accidente Prædicabili ut plurimum sermo est (7) *cum τὸ perpetuo opponitur*. Vid. *Gerhard.* in Bellarmino Orthodoxias Teste, Disp. XII. §. 66. 78. *Quenst.* Syst. Theol. P. I. p. 134. P. IV. p. 503. Obf. 2.

§. XXVIII. De accidente Prædicabili ut plurimum sermo est (8) *cum τὸ necessario opponitur*. Vid. *Ebartus* Ench. Theol. p. 217. 518. 759. *Carpz.* Inagoge in Libros Symbol. p. 435. *Balth. Raibius* de Concilio Hierosolym. Act. XV. p. 45. *Christianus Korboltus* de Christo Via, Veritate & Vita c. II. §. 3. *Quenst.* Syst. Theol. P. I. p. 14. 184. 259. P. III. p. 411. 598. P. IV. p. 136. 178. *Sebast. Schmidius* in Comment. in Hiob, ad cap. 42. v. 5.

§. XXIX. Sermo quoque est de accidente Prædicabili quandoque (9) *cum τὸ principali & primario opponitur*. vid. *Kromayer.* P. I. Syst. Theol. p. 767. 837. *Varenius* de Incarnatione Verbi c. II. §. 3. ubi *Lutherus* dicitur τὸ τὸς vacatus ad docendum verbum Dei, per accidens ad docendam doctrinam Papæ. (10) *Cum materie & materiali*, materia pro parte essentiali sumpta, *opponitur*, vid. *Ebart.* Ench. Theol. p. 46. ubi Scriptura Sacra dicitur cum Mose cœpisse formaliter & accidentaliter, non materialiter & essentialiter (11) *cum τὸ proprio opponitur*. vid. *Meisn.* in Excubiis Papisticarum Depulsione. p. 24. 40. 47. ubi negatur notas veræ Ecclesiæ pontificiæ esse proprias. *Quenst.* Syst. Theol. P. III. p. 464. (12) *Cum τὸ fundamentali opponitur* ut adiaphoron, vid. *Georg. Dedekennus* Vol. I. Consil. & Decisio. p. 1120. *Quenst.* Syst. Theol. P. IV. p. 117. 528. *Samuel Langius* de Articulis Fidei thes. 6. (13) *Cum τὸ immediato opponitur*. *Quenst.* Syst. Theol. P. II. p. 134. *Ebartus* l. c. p. 249. (14) *Cum integritati rei opponitur*, vid. *Georg. Dedekenn.* Vol. I. Consil. & Decis. p. 1125. conf. p. 443. *Quenst.* l. c. P. IV. p. 178. (15) *Cum Entitati & Veritati opponitur*, vid. *Quenst.* l. c. P. I. p. 473. *Seb. Schmid.* in Comment. in Judic. ad c. II. Quæst. 4. (16) *Cum ut actus secundus actui primo opponitur*, vid. *Quenst.* l. c. P. I. p. 171. 299. *Ebartus* l. c. p. 517. (17) *Cum ut abusus usui opponitur*, vid. *Grauerus* in libello de unica veritate p. 15. *Ebartus* l. c. p. 57. & quod non negligendum, quando (18) *quidditati rei opponitur*, ut plurimum accidens prædicabile notatur. Vid. *Kromayer.* l. c. P. I. p. 783. 790. 820. *Cato* eius in Inag. ad Theolog. p. 24. *Haberkornius* in Actis Colloquii Rheinfelensis, p. 16. *Quenst.* l. c. P. III. p. 317. 412. P. IV. p. 137. 312. 313.

#### COROLLARIA.

(1) Peccatum Originis etiam positivum quid est. (2) Philosophia Scripturæ Sacræ non adversatur. (3) Voluntas qua voluntas non est causa mali. (4) Herbæ quædam per se venenatæ non sunt. (5) Desperatio non pertinet ad essentiam dolorum infernalium.

FINIS.



99 A 6989

ULB Halle 3  
002 824 795



56,


Retro ✓











B.I.G.

Farbkarte #13

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

DISSERTATIONEM SEXTAM  
QUÆ  
GICÆ PERIPATETICÆ  
ESTIGIA,

IN  
OLOGORUM ORTHODOXORUM  
RIPTIS, QUANTUM AD DOCTRINAM

DE  
ACCIDENTE,

PRESSA  
EXHIBET,  
SENTIENTE ORDINE PHILOSOPHICO,  
PRÆSIDE

CHRISTIANO LUDOVICI, P.P.

PUBLICÆ DISQUISITIONI  
DIE OCTOBR. AN. MDCC XIII.  
PROPONIT

AV. CHRISTOPHORUS HOSMANNUS,  
CELLENSIS.

L I P S I Æ,  
LITERIS CHRISTOPHORI ZUNKELII.